

Panor. super secunda Primi.

vt ibi, de iure non, vt hic, etiam dato q̄ fuisset toleratus. talis enim tolerantia ius possessori non parat, sed iniquitatem ostendit, de p̄scr. c. nihil. secus de tolerantia approbationis, de cog. spir. c. super eo. Quæro quid sit conuersio, an filius possit habere personam beneficij, in quo ante fuit pater vicarius perpetuus. dic q̄ non, quia hæc conuertuntur in m̄

1 Doc. ¶ Quæro qualiter probabitur filius Antonii? dic q̄ si natus fuit ex illa, quam publice tenebat in domo pro concubina, præsumitur enim filius illius, sicut præsumit filius, qui natus est ex illa, quæ tenetur in matrimonio, quia filius est quem nuptiæ demonstrant, ff. de ius vo. l. quia semper. vn de præsumptione dicimus talem filio, quem filium cohabitatio ostendit. Probabitur secundo filius, eo q̄ est in quasi possessione filiationis. quod satis puto, quia incidenter filiatione deducitur in iudicium. Item probabitur tertio, eo q̄ iste habebat illum in patrem & communiter eius filius reputabatur & nominabatur, de proba. c. per tuas. Item quandoq; probatur filius ex dilectione, vt pater inf. de præsum. cap. afferte. Non obstat q̄ nominatio non probet quem filium, C. de testa. l. neque professio, C. de proba. l. non nudis, quia dicit glo. q̄ probatur præsumptiue, sed non sic, quin admittatur probatio in contrariam, Ioan. And. remittit. qui fil. sint leg. c. transmissæ, dic q̄ sola nominatio non probat quem filium, nisi a patre nominetur in actu tantum filio proportionabili, puta instituit hæredem i legitima, quia alias institutio bene concludit in aliis, quod no. quia tunc constituitur, in quasi possessione filiationis, vt l. ff. de lib. agn. §. i. & ibi Bar. quo casu præsumptiue probatur filius, sed nominatio cum tractatu, & nominatione cõmuni bene probat ipsum filium. Quæ dicta sunt de filio probando procedunt in probando quem patrem, & assignat Ioan. And. causam, q̄ a ista correlatiua sunt, & hoc est verum. non sunt hic alia, materia expediui in d. c. transmissæ, qui fil. sint legi.

ADDITIONES.

- a** ¶ Quæro. Quomodo probetur filiatione. late ponit Fel. post alios in c. p. tuas, col. 3. de prob. Alex. conf. 2. in 3. col. lib. 1. & conf. 74. per totum, lib. 2. & conf. 25. col. pe. lib. 4. Seb. Sap.
- b** ¶ Filius Antonii. Adde qualiter probetur filiatione. Alexan. conf. 26. & 57. 4. lib. ¶ Adde eundem conf. 56. in 2. col. in 1. par. & conf. 74. per totum in 2. parte, & conf. 55. in 1. col. vol. 4. Et ibi quæ probatio fulciatur, & an sola fama. Fel. remittit in c. per tuas, col. 2. in 1. no. in fin. inf. de proba. & Lanfran. de Oriã. in c. quoniam contra. §. statutus, ver. testium deponens, nu. 104. & ibi in apot. Cels. in ver. filiatione. eo. ti. Zac.
- ¶ De modo probandi filiationem, vide Bar. in l. 1. & ibi per Alex. in contrarium. ff. de li. agno. vbi dicunt quod probatur probando q̄ quis fuit ab aliquo tenus, tractatus, & nominatus vt filius, & habetur per Baldum in l. non nudis. C. de probationibus. & vide Baldum in capitulo primo. §. de decedenti, in 5. eolum. qui feudum dar. pos. in v. sibus feudo. vbi dicit q̄ probatur per coniecturas, & vide plene per Lanf. de Ori. post Inno. in c. quoniam contra, de proba. in ver. testes. vbi dicit quod non potest probari nisi præsumptiue, vt in l. 1. & ibi per Bar. & Bal. C. quorum bo. vbi dicunt quod sufficit probare quem esse natum in domo ex vxore scientibus vicinis, de quo etiam per Bar. in l. i. vicinis. C. de nup. & in l. Tina. ff. sol. mat. & per Pau. de Callan. conf. 175. incip. super 1. dub. addas tamen quod quo ad matrem vere probari potest filiano per obsterices, quæ puerum nacentem ex tali muliere recollegerunt, vt est no. glo. in l. 1. ff. de proba. & de materia ista vide etiam per Bar. & alios in l. filium eum diffiniunt, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & per Inn. D. Anr. & Doc. in c. Michael. de fil. presby. & per Bal. in l. neque natales. C. de prob. & in Spec. de noto. cri. in §. in prin. & in ti. de mai. & obei. in ver. eo. modo, & in ti. de testa. in §. 2. & in titu. de conuer. infide. in §. porro, & in titu. qui fil. sint leg. in prin. Anto. Fran.

S V M M A R I V M.

- 1 Illegitimus potest quis esse, & natus ex vxore legitima. 2. de veritate infra num. 4.
- 3 Illegitimus per solum Papam dispensatur.
- 5 Peccatum patris, an & quando noceat filio?
- 6 Dispensatus ad ordines suscipiendos, an censetur dispensatus ad ordines sacros, vel ad prelaturam.
- 7 Dispensatio in aliquo casu late interpretatur.

C A P. XIII.

Iterum illegitimus genitus etiam de vxore, sine dispensatione ad ordines, vel beneficium promoueri non potest. h. d. Supplicatio, & supplicationis admissio, ibi, Verum licet. Casus li. Qui dam vir, & vxor communi consensu promiserunt castitatem se seruaturus. quæ promissa instante eccle. vir promotus fuit postmodum vsq; ad sacerdotium. tandem in sacerdotio constitutus accessit habuit ad vxorē, & ex ea filium genuit H. noie, iste H. desideravit a pueritia ministrare domino & in officio clericali. dicit Papa licet a filius paterna incontinentia sit propellendus, tamen si dignus est permittit eum ad sacerdotium ordinari, alias permittit eum in clericum ordinari,

ri, & ad ecclesiasticum beneficium promoueri, vt inde valeat sustentari. B. ¶ No. i. hæc esse posse simul, quem esse genitum ex vxore legitima, & illegitimum esse. No. 2. q̄ illegitimitas in prole non causatur a sola substantia vinculi matrimonialis, ideo data substantia vinculi, & executione prohibita, seu cessante, cessat legitimitas in prole. Secus si tantum executio esset suspensa, quia proles est illegitima, saltem quo ad ordines, de clan. despon. cap. cum inhibito. Ex hoc inferitur, q̄ natus de presbytero & eius olim vxore legitima, est illegitimus, & inhabilis ad sacros ordines, quia dato q̄ non deficiat vinculi matrimonialis substantia, deficit tamen matrimonij executio, cui obuiat votum solenne. No. 3. q̄ ordo appellatur officium. No. 4. vnam causam propter quam illegitimus ab ordinibus repellitur. timore paternæ incontinentiæ, quæ in filium punitur, & sic aliquando ecclesia obuiat & punit filium propter peccatum parentis vitandum i filium, ad hoc. i. q. 4. c. ecclesia. §. item paruulos. ¶ No. 5. q̄ cum illegitimo solus Papa dispensat. No. 6. ar. q̄ dispensatio in ordine non extenditur ad consecutum beneficium, nisi hoc exprimat, alias illa verba, & ad ecclesiasticum beneficium, superflua forent, sed si declaratiue intellicantur, probant contrarium. ¶ Obuiant duo, quia videtur impossibile, q̄ de legitima vxore presbyter generet filium, quia vel erat vxor ante, & matrimonium non potuit separari, quia quos Deus coniunxit & c. de sec. nup. c. i. & ii. vel non erat vxor ante sacerdotiū, & non potest effici legitima. 3. 1. di. c. ante triennium. & sup. de eta. & qua. c. accepimus. Sol. intellige, quod ante fuerat ei vxor, & postea factus est sacerdos vxore volente & castitatem promittente, vnde postea priuati fuerunt propter votum executione matrimonij, & pro hoc proles nascitur illegitima, quia contra votum solenne castitatis in vtroque coniuge, ideo de iure non potuit promoueri, & propter hoc dicit Ioan. And. q̄ plus peccat cognoscens talem vxorē, q̄ si cognosceret solutam, quia cognoscit contra votum vtriusque, ita no. Ioan. & Lau. 8. 1. di. cap. ministri, & per hoc filij sunt illegitimi secundum Inno. & Goff. in sum. huius titu. §. quid si sacerdos. & Host. de conuer. coniu. cap. dudum. Ray. in sum. huius titu. dicit, q̄ tales filij non sunt illegitimi duplici ratione, fauore prolis, & vt culpa parentum filio de matrimonio nato non noceat, arg. 27. q. ii. cap. multorum. sed obuiat hic text. sed dicendum Ray. q̄ hic non est dispensatio, sed iuris permissio, vel dic q̄ est dispensatio propter identitatem rationis, quæ est in illegitimo, scilicet vitium paternæ incontinentiæ, vnde ita est prohibitus, sicut illegitimus, sed in nulla parte sæ decreta lis dicit ipsum illegitimum. Io. And. videtur adherere summando primæ opin. Quod sit illegitimus, tenet Archid. in c. 2. eo. titu. lib. 6. in ver. patitur, & hoc est verius. per hoc apparet quid dicendum, an postea succedat defuncto. hoc quod in veritate sit illegitimus, quia interdictum non illegitimat ergo, vt patet de matrimonio contracto per totum, sufficit ergo ad legitimandum prolem substantia vinculi matrimonij, & hoc placet, quia fauorabilius. ¶ Oppono quod paterna incontinentia non debeat filium nocere. 56. dist. cap. nasci. sol. non nocet quo ad vitam æternam, sed bene quo ad defectum creandum quo ad promotionem legis secundum glo. Dehonestantur enim filij ex incontinentia paren-

ADDITIONO.

- a** ¶ Illegitimus. Adde quod Rom. sing. luis 422. inc. dic quod filij sacerdotis. dicit quod filij presbyterorum sunt serui illius ecclesiæ, in qua pater est beneficarius, per tex. in. 1. q. 8. c. cum mulier.
- ¶ Adde quod est singul. ordine num. 522. quod incip. dic quod filij sacerdotis. Cui potest addere sing. quod sequen. quod incip. Maritus & vxor. vbi dicit quod filius post votum continentie natus, sic seruus illius religionis, quam pater est ingressus, quamuis ex sua vxore illum sustulerit, alleg. glo. sing. in cap. ministri. 8. 1. dist. cuius opin. tenuit ante eum Hostien. in lum. eod. tit. §. quis possit verfic. quid si sacerdos, licet contrarium tenuerit. Ray. 81. dist. in. in iun. verfi. sed pone. Zac.
- ¶ Circa hoc de filio sacerdotis clerici, vel religio si, dicas, quod filius sacerdotis non dicitur esse ille, qui est natus ante sacerdotium, vel monachatum, vel clericatum patris, vt est glo. in Imperiales, in §. his illud. C. de nupt. sed solum dicitur ille, qui est natus post ordines susceptos, vel ingressum religionis, & tales sic nati dicantur esse serui monasterij, vel ecclesiæ, vide per Spe. in ti. de sta. mona. in ver. 59. ibi per Bal. addi. & vide D. Cardin. in cle. 1. in 9. q. de deci. vbi tenet, q̄ sunt serui ecclesiæ vel monasterij, & ibi dicit q̄ equiparatur oblati. & vide tex. in c. cum multis. 1. 5. q. vii. qui dicit, q̄ filij sacerdotis & clericorum ecclesiæ dicuntur esse pars ecclesiæ. Dicit tamen Bal. in l. 5. c. de nupt. & in l. qui in pronunciam. in §. diuus. ff. de rit. nupt. quod filij sacerdotis potest egrediari per Papam vel habentem ab eo potestatem ad quod vide conf. Pau. de Call. 221. & de materia filiorum presbyterorum & religiosorum, vide 23. q. 1. per totam q. & 54. dist. Anto. Fran.